

b. Commissio vom 1. September 1271; RA. n. 13 (Carolus I 1272 A)

fol. 276-286.

Eine andere Commissio für den Magister portularum et procurator vom 11. Dezember 1278 nach RA. n. 30 (Carolus I 1278 B) fol. 57 b gedruckt bei

Milnici-Ricco, Lotice, Suppl. I, 38 n. 28. Vgl. den S. S. Anstalt Jff. 3.

Am Rande: Commissio Sergii Pinti de secrecia terre Laboris.

Karolus etc. Sergio Pinto de Neapoli secreto et magistro portularo Principatus Terre Laboris et Apurcii etc. De fide et legalitate tua nostra curio confidenter te secretum et magistrum portularum Principatus Terre Laboris et Apurcii ducimus statuendum, fidelitati tue presentium tenore mandantes, quatinus officia ipsa ad honorem et fidelitatem nostram diligenter et fideliter exercenda^{us 15} universis et singulis sine acceptione personarum, prout ad tuum spectat officium, iusticiam debeas ministrare. Mandamus tibi preterea, quatinus redditus et proventus omnes ac iura quelibet curie nostre decreta tibi provincie ad officium ipsius secrecie spectantia in qualibet terra et loco facias cum omni diligentia et studio voce premonia publice subastari secundum usum dohane nostre, ut plus offerentibus concedantur per totum presentem annum, hoc modo videlicet, ut, si infra terminum aliquis apparuerit licitator, eidem per te iuxta dohane nostre ritum et consuetudinem concedantur; si vero post terminum iura eadem per aliquos augmententur, quartam partem augmenti promissi secundum usum predictum persolvas licitatoribus amovendis. Volumus tamen, ut pacta de minori quantitate augmenti, que poteris, cum licitatoribus pro curie comodo facias, nos enim sacramento super hoc et tue fidei inheremus. Cardina vero vineas oliveta et arbusta providimus per viros bonos ydoneos et fideles ad credenciam procurari, ne cabellorum culpa vel incuria ex culturo defectu predicta deperire contingat; proventus quoque demaniorum morticiorum et exadenciarum, revocatorum et revocandorum, salis ferri argari picis et seta ad omnium iurium aliorum, qui hodie sunt in manu curie et erunt in antea, cum diligentia summa ^{cures} ~~procurares~~ et facias procurari. De tale autem ferro argaro pice et seta, sicut curia nostra statuit et providit, sicut curiam habes personam tuam et bonorum tuorum omnium publicacionem desideras evitare,

V[1] 15a) Ry. exaranda

V[2]

H triduum

V[3]

V[4]

V[5]